

in manibus patris cum clamore valido. ut et tu ex hoc modo migraturus. beate meditatoris illius scriptura legere. ac frequenter repetere non omittas. quo nihil dulcius memorandum non veris in fine. **Q**uam amantissime Jesu splendor patris glorie. et sol iusticie. qui pro me indigno puulo tuo dignatus es hanc vilissimam pati doloris formulam. et in loco caluarie pro redemptione mundi animam tuam tradidisti. ac patri tuo orans commendasti. Presta mihi huiusmodi amarissimum me mortis tui dolorem pariter et amorem iugiter in pectore meo circumferre. atque ad moriendum tibi. pro mortificatione omnium vitiorum quotidie meipsum exercere ut appropinquate vite mee termino. in luce miserationum tuarum merear respirare. et tecum in paradisi gaudia feliciter introire. Adesto mihi morienti. succurre agonizanti. occurre desideranti. defende me ab hostibus eripe de eruntibus. solare gementem. conforta tremantem. refoue deficientem. suscipe expirantem. **U**ltimum scriptura tuum in cruce sit ultimum scriptura meum in hac luce. et cum amplius fieri non possit exaudi finale desiderium meum. **P**ater in manus tuas commendo spiritum meum. redemisti me domine de peccatis. Amen

**D**e pallida et miseranda specie Iesu  
quoniam anima eius migrante certa mortalitatis  
in eo apparuerunt signa.

**B**enedico et gratias ago tibi domine ihesu christe. speculum  
sine macula diuine maiestatis pro tua miseranda  
et pallida specie. et mortis inuasionem contracta quoniam anima  
tua migrante a corpore. certa in te mortalitatis apparuerunt  
signa. Heu heu Ihesu omnium pulcherrime perijt decore  
locutissimum vultus tui a squalore conspuentium in te labijs  
hijis imundis. et decidit flos gratissime iuuentutis tue.